



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XIII. Amentibus quae pietatis sunt conferenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

cuius territorio ædificat, inuitandum putauerit: tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quam omnes episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, a Conuentu abstinebunt. Si quis excefferit, in reatum deuocabitur: si quis excefferit, ordinem recognoscat.

X I.

Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus de excommunicatione cuiuscumque, sine reconciliatione eius qui excommunicauit, ei communicare præsumpserit, vt integra omnia, si reconciliatio intercefferit, de iustitia vel de iniquitate excommunicationis, proximæ Synodo referuentur.

X II.

26. q. 6. Qui
recedunt.

Subito obmutescens, prout status est, baptizari aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.

X III.

Ibidem.

Amentibus quæcumque pietatis sunt conferenda.

X IV.

Iuo part. 1.
cap. 147.

Energumeni baptizati, si de purgatione sua curant, & se solitudini clericorum tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius virtute vel muniendi ab incurfu dæmonii, quo infestantur; vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgator.

X V.

Iuo ibidē,
cap. 148.

Energumenis catechumenis, quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de baptisate consulendum.